





1572  
Folium, Palmarum, de prima, palmarum  
palmorum

1573  
Folium, Palmarum, de prima, palmarum  
palmorum

1574  
Folium, Palmarum, de prima, palmarum  
palmorum

1575  
Folium, Palmarum, de prima, palmarum  
palmorum

1576  
Folium, Palmarum, de prima, palmarum  
palmorum

1577  
Folium, Palmarum, de prima, palmarum  
palmorum





1584.

1. Forsterus, Valentinus : De jurisdictione, pactis et  
transactionibus.

1592.

Krisenetter, Bartholomaeus : De feriis, dilationibus et  
Evidentiis.

1595.

Heymannus, Petrus : Miscellaneae juris controversi-  
positiones.

1596.

Freherus, Marquardus : De constitutionum imperia-  
licarum, inter caeteras juris civilis partes excel-  
lentea <sup>Oratio</sup> (Ed. nova 1672).

1604.

Schrotterus, Bartholomaeus : De hypotheseum sphaeri-  
carum sive circulorum doctrina speciali. . .

1603 Stenius, Simon : Oratio, qua publice in Academia  
Hirsfelbergensi; . . . Casparis Pencersi. . . manibus

parentatum est

1608. ~~Schroterus~~ Bartholomaeus:

Thesori physicalae De sensibus exterioribus.

1606.

Baumbach, Johannes Bartholomaeus: De sensibus interioribus.

1609.

Caltrinus, Johannes, Fac. jur. Decanus: pro summo  
in utroque jure gradu consequendo. . . . juris  
controversi quaestiones. . . . Disputandas propo-  
nit.

1611.

Bachovius, Reinerus: De testamentis.

1616.

1. Goltspeder, Dionysius: De testamentis.

2. Hessus, Valentinus: De summa summi imperatoris  
potestate, quem nos majestatem appellamus, deq. regibus.

1652.

Chmus, Henricus David: De beneficio competentiae

1653.

Chmus, Henricus David: Disputatio legalis de in jus  
bus vocandis et edictis.

1654.

Jena, Gregorius von: De jure patronatus ecclesiastico

1655.

1. Chmus, Henricus David: De feloniam.

2. Chmus, Henricus David: De rescriptis.

1657.

1. Chmus, Henricus David: De venditionibus et  
conditionibus in genere.

2. Chmus, Henricus David: De jure retractus.

1658.

1. Chmus, Henricus David: De sacris paternis.

2. Chuno, Henricus David : Semicenturia questionum  
selectarum, ex jure divino, naturali, canonico,  
civilis, feudali et publico. . .
3. Chuno, Henricus David : De jure <sup>et</sup> privilegiis  
creditorum ac debitorum .
4. Chuno, Henricus David : De permutatione
5. Chuno, Henricus David : De collatione
6. Chuno, Henricus David : De emptione et venditione
7. Chuno, Henricus David : De transactionibus.
8. Chuno, Henricus David : De fidejussoribus.
9. Chuno, Henricus David : De domini probatione
10. Chuno, Henricus David : De vectigalibus
11. Chuno, Henricus David : Thematum jurisdictionum  
Decades VII .



THEOREMATA ASTRO-  
NOMICA  
DE  
1601 6  
HYPOTHESIUM SPHÆRICARUM  
SIVE  
CIRCULORUM  
Doctrinâ Speciali,

*Qua*  
AUSPICE CHRISTO  
*In Illustri & Pervetustâ Heidelbergensi Academiâ*  
THEOPHILO MADERO MED. ET  
PHILOS. DOCT. SIMULAC PHYSICES PROFES-  
sore ordinario DECANO SPE-

CTABILI  
M. BARTHOLOMÆO SCHRÖTERO  
COSWIGIO ANHALDINO  
PRÆSIDE

JOHANNES-CASIMIRUS GERNANDUS  
HEIDELBERGENSIS  
*Publicè discutienda proponit & pro virili defendet.*  
AD XXVIII. DIEM. MARTII.  
In Auditorio Philosophorum horis antemeridianis  
confuctis.

ANNO SALUTIS HUMANÆ  
M. D. C. I.

---

HEIDELBERGAE  
Apud Johannem Lancelotum.

MAGNIFICO DN.  
RECTORI CÆTERISQUE IN-  
CLYTAE ACADEMIAE HEIDELBER-  
GENSIS PROFESSORIBUS AMPLISSIMIS  
DNIS. PRÆCEPTORIBUS SUIS OMNI OB-  
servantiæ genere colendis.



*VI* artem aliquam mechanicam exercere, aliudve  
genus vite ad civilis Politie utilitatem instituerè  
alicubi cogitant, Magnifice Dn. Rector, vosq; ceteri  
Patres Academici, Præceptores summâ mihi obser-  
vantiâ colendi & honorandi, ante omnia in id incumbunt ut in  
numerum civium qui u. cum vivendum sibi putant adscribi, eo-  
rumq; juris & privilegiorum participes fieri possint. Ius autem il-  
lud unquam vix gratis accipere, sed certo aliquo cõsu vel pecuniâ  
redimere, & hoc quasi ad reip. obedientiam suam magistratui, cui-  
us beneficio jus civitatis adepti sunt, testatam facere & gratitu-  
dinem suam declarare coguntur. Illam consuetudinem, si in civi-  
li hac conversatione etiam à plebeis & vilioris conditionis homi-  
nibus observari & tanquã laudabilem predicari videmus; quid-  
ni & in politia Academicâ in quâ artes longè excellentiores stu-  
diag; graviora à summis & eruditissimis viris tractantur laudã-  
dam censeamus?

Cum itaq; superiori anno, antequam primum disputandi Ty-  
rocinium, quod DE SYLLOGISMO institutum, & à ple-  
re q; vestrum, quorum quidem iudicium & censuram hac de re  
audire mihi licuit, laudatum fuit, civibus vestris Academicis  
publicè exhiberem, me qui q; dignum judicaveritis quem privi-  
legiis & honoribus civitatis vestrae Academicæ decorare & in-  
municâ

3  
municipii vestri tabulas, licet propter puerilem meam aetatem (nam & nunc vix paucos ante menses XII. ejus annum complevi) adhuc immeritum, referre voluistis; non immerito cogitare debui, quâ ratione meam vobis gratitudinem (obedientiam n. jam dudum vobis devovi meam) aliquo saltem argumento ostenderem & declararem: Sed nihil hoc tempore & in hac aetate occurrit aptius quàm hoc meum DE HYPOTHESIBVS SPHAERICIS exercitium quod vobis submissè offero, dico, dedico. Si exiguum & leve hoc dixeritis munusculam, & illis quæ in me contulistis beneficiis impar, vestrag dignitate indignum non equidem nega vero; Attamen quoniam scio quæ hanc puerilem meam aetatem recreant & oblectant vestram etiam adolescentiam aliquando aluisse, huc usq; vobiscum pernoctasse, senectutem jam quoq; vestram oblectare, nec quicquam graviora vestra studia impedire; non dubitavi illa, quæ fortassis levia quibusdam videri poterunt in conspectum vestrum proferre, sperans, vos conatus hosce meos non improbaturos. Itaq; viri Magnifici & Amplissimi Praeceptores observandi hæc qualia qualia eo animo quo à me offeruntur accipite, & Academia vestra civem, si non dignum, tamen non ingratum, esse sinite & valete.

Magn. & Ampliss. V.

addictiss.

JOHAN-CASIM. GERNANDUS

A 2



THEOREMATA  
DE HYPOTHESISIBUS  
SPHAERICIS.

I.



IRCULOS in caelo ad distinguendum sidera, eorumque motum, & quæ ad illum consequuntur phaenomena explicanda, necessariò excogitados esse: & quia in caelo Sphærâ naturali, eos imaginari cogimur, ideo rectè etiam in globo, & Sphærâ artificiali seu armillari eorum explicationem proponi asserimus.

II.

Sphæra naturalis, est situs circulorum excogitorum, certâ à se invicem distantia in orbe mûdo essentiali seu parte integrante extimâ, suscepta.

Globus coelestis, est corpus solidum caeli siderumq; eius artificiosè exstructâ imagine situm referens, & apparentias decimi orbis, explicans.

Sphæra artificialis seu Armillaris, est affabrè coagmentata ex circulis adsumtis structura, ad expeditiorem doctrinae Sphaericae discipulis demonstrationem excogitata.

III.

Excogitatio verò illa ut rectius intelligatur, consideratio caeli & Hypothetici illius instrumenti instituat. Est autem

tem

5

tem consideratio illa duplex: *i.* Secundum longitudinem, quæ est tractus ab occasu per medium coeli, seu Semith *i.* verticem loci propositi in ortum, & ab hoc per imum coeli, seu Nathir verticem videlicet Hemisphærii latentis, ad eundem occasum. Idque fit, vel Rectâ, & vocantur, omnes circuli generaliter; paralleli æquatoris, quorum maximus & reliquorum Canon est medius ipse æquator: specialiter verò, quos attingunt poli Zodiaci dicuntur Arctici; qui sunt sub Zodiaco ultimi dicuntur Tropici; qui sunt intermedii dicuntur circuli dierum naturalium: vel decussatim ut Zodiacus, Et eius paralleli. *ii.* Secundum Latitudinem: Idque iterum vel rectâ ut Meridiani, & circuli declinationis stellarum ab æquatore, qui omnes in genere dicuntur coluri ex quibus duo saltem in spherâ artificiali efformantur ut patet infra: vel Decussatim. *i.* ex punctis seu polis Zodiaci ut circuli latitudinis stellarum ab Eclipticâ. *2.* ex interfectione Horizontis & Meridiani, ut ipse Horizont & circuli positionum, aliàs Horizontes stellarum dicti, ostendentes earum positum communem ad Meridianum. Mixti generis sunt circuli distantiae locorum, quia modo in hanc modo in illam mundi partem pro situ locorum ducuntur.

IV.

Ex circulis qui in cælo ex certis datis punctis vel stellis concipiuntur; alii ad Sphæræ materialis constitutionem requiruntur; alii in illâ fabricari non solent. Sed his in præsentia omissis de expressis dicemus.

Est verò circulus figura Sphærica in concavâ primi mobilis superficie concepta ex lineâ è centro, terrâ, ad certas stellas, aut alia coeli loca deductâ, ac vel ad sensum; utpote, vel cum motu diurno circumactâ, vel cum Solis motu

A. 3.

periodico



periodico translata : vel ratione saltem per polos Mundi & notabilia aliqua puncta designata, phenomenon primi mobilis explicandorum gratia.

V.

Sunt autem communiter Decem: Horizon, Meridianus, Æquinoctialis, Zodiacus, Colurus æquinoctiorum, Colurus Solstitiorum, Tropicus cancri, Tropicus Capricorni, Arcticus & Antarcticus.

VI.

De his jam duo observanda sunt: Theoria, quæ consistit in divisionibus & definitionibus. Et praxis quæ consistit in usu seu exercitio, videlicet investigatione phenomenon seu apparentiarum, quæ sunt respectu primi mobilis.

VII.

Dividuntur in majores seu Homocentricos, & minores seu Eccentricos.

VIII.

Majores sunt qui per centrum globi seu sphaeræ, plano suo traducti eam in partes æquales dispescunt. Atque iterum sunt vel immobiles sed mutabiles, dicuntur aliàs extrinseci: vel mobiles sed immutabiles, dicuntur aliàs intrinseci.

IX.

Mutabiles sunt qui situm ac positum suum variant. Suntque duo: Horizon & Meridianus.

X.

Horizon dicitur ἀπὸ τῆς ὀψέως ὄρα à termino visus: vel ὁρίζεσθαι quod est determinare eadem ratione. Estque duplex: Rationalis alter: alter sensibilis. Rationalis est qui totius globi partem superiorem ab inferiore dividit. Sensibilis duplex est: Primus & secundus.

Sensi.

Sensibilis Horizon primus est tanta superficiei portio, intra quantam phaenomena coeli (ut sunt ortus, & occasus stellarum, altitudo poli, quantitates & initia dierum & noctium, aëris item intemperies &c.) ad sensum non mutantur. Hoc fit ferè spacio xv. miliarium Germanicorum juxta recentiores.

Sensibilis Horizon secundus est qui partem mundi oculorum nostrorum acie comprehensibilem tantum definit. Hoc fit fermè 4. miliarium Germanicorum spacio.

X I.

Meridianus dicitur à media die, quasi medidianus Est; q; circulus mutabilis per loci cuiuslibet verticem seu polos Horizontis & polos mundi ductus.

Ratione exactâ numero sunt infiniti: Geographi verò & Astronomi per singulos oppositos æquinoctialis gradus unum meridianum extendunt, numerantur ergo hoc modo 180. His omnibus in instrumento Hypothetico, globo vel sphærâ unus satisfacere potest.

Initium meridianorum, vel primus meridianus per Insulas fortunatas à veteribus ductus est: 1. quia ipsa natura ibi tam Africæ quàm Europæ initium fecit ob copiosas citeriores aquas. 2. quia loca magis occidentalia veteribus incognita fuerunt.

X I I.

Immutabiles sunt qui eundem perpetuò situm obtinent. Horum alius est latus: alii sunt latitudinis expertes.

X I I I.

Latus est Zodiacus. Zodiacus dicitur à Ζωῆν 1. vitâ quia Sol & planetae reliqui sub eo mobiles, suo motu rebus nascentibus inferioribus vitæ autores sunt: vel à Ζωδιών id est simula-

Simulacris quæ veteres sideribus octavæ Sphæræ affinxerunt.

Est circulus latus obliquo transitu ab oriente in occidentem ductus.

Dividitur tripliciter 1. secundum latitudinem, linea Eclipticâ (quæ est medietas Zodiaci) in ambitum Australem & Borealem. Latitudo verò eius vulgò statuitur partum 12. à recentioribus 16. talium, quales longitudo habet 360. Efficitur illa latitudo ab evagatione hinc inde Planetarum ab Ecliptica, omnium, excepto sole qui viam regiam Eclipticam octavi orbis semper tenet.

II. Secundum longitudinem in duodecim signa, quæ sunt: Aries Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo Libraq; Scorpius, Arcitenens, Caper Amphora, Pisces.

III. Ex subiecto, quod, iunt orbis; in zodiacum Decimæ Nonæ & octavæ sphæræ seu orbis.

XIV.

Latitudinis expertes sunt: Æquator & Coluri Æquator dicitur ex eo quod sit communis mensura omnium reliquorum.

Estque circulus globi seu sphæræ medius, à polis mundi æquidistans, eam in duas partes æquales dissecans.

XV.

Coluri dicuntur ὀρθὰ τὸ κέλον vel κελόβον id est mutilo & ἔραι cauda: vel ὀρθὰ τὸ κελύειν. 1. mutilare quod in sphæra obliqua nunquam integri, sed quasi detruncati semper conspiciantur.

Coluri sunt circuli majores inter Aquilonem & Austrum  
per po



per polos mundi & zodiaci decimæ Sphæræ puncta cardinalia trans versim ducti.

Habentur verò duo: Aequinoctialis alter: alter Solstitialis. Colurus Aequinoctiorum est circulus puncta interfectionum æquatoris & Zodiaci transiens.

Colurus Solstitiorum est circulus puncta solstitialia definiens.

XVI.

Minores vel Eccentrici sunt, qui cœlum inæqualiter dispescunt. Suntque vel Extremi: vel Medii.

XVII.

Extremi sunt, qui in extremo globi circa polos mundi describuntur. Suntque Arcticus & Antarcticus.

XVIII.

Arcticus dicitur ἀπὸ τῶν ἀρκτῶν à signis ursarum ad Boream conspicuis. Antarcticus à situ illi è diametro contrario nomen invenit, quasi ἀντὶ τῆς ἀρκτῆς. Sic dictus propterea quod stellæ illic versus Austrum veteribus maxima ex parte fuerunt incognitæ.

Est itaque Arcticus circulus minor circa boreum polum ductus.

Antarcticus est circulus minor circa Austrinum mundi verticem è regione arctici positus.

Est verò uterque duplex: Mutabilis & Immutabilis.

Mutabilis est circulus distantia tanta descriptus circa polos mundi, quanta est horum Elevatio supra Horizontem, teste Proclo, Gemîno, Cleomede, Hygino, Manilio & græcis aliis.

Immuta

B

Immutabilis est circulus, distantia polorum Zodiaci à polo mundi tanta, quanta est maxima viae Solis seu Eclipticae Declinatio ab aequatore, descriptus, vid. 23.0.30.1. graduum cum semisse, & per majoris, ursae caput ferme medium transiens.

## X I X.

Medii sunt circuli minores, conversiones Solis, ad aequinoctialem in medio globi positum, describentes. Nempe Tropici. Nomen his inditum fuit ἀπὸ τῆς τροπῆς à conversione Solis quam ostendunt. Suntque Duo tantum: nempe Tropicus Cancrì & Tropicus Capricorni.

## X X

Tropicus cancri dicitur aliàs θερινὸς aestivus à tempore, Septentrionalis & Borealis à Mundi plagâ Estque circulus minor borealem Solis in Zodiaco conversionem ostendens  
Tropicus capricorni, dicitur aliàs χειμερινὸς, hyemalis à tempore, Australis & Meridionalis à mundi plaga. Estque circulus minor Austrinam Solis in Zodiaco conversionem manifestans.

Hæc de circulorum in Sphæra naturali effectorum & armillari expressorum Theoria, de non expressis & de praxi seu usu aliàs.

II  
CUJUS TAMEN HIC SUBJECTA  
EST SYNOPSIS.

PRAXIS DOCTRINÆ SPHÆ-  
RICÆ CONSISTIT.

Primariò in investigatione

- 1 Declinationis solis maxima,
- 2 Elevationis poli.
- 3 Declinationis omnium punctorum  
Ecliptica ab aequatore, adeoque Solis.
- 4 Veri loci Solis.
- 5 Ascensionis recta } id est collationis  
Ascensionis Obliqua } Zod. & Aequat:
- 7 Amplitudinis ortiva.
- 8 Arcus Semidiurni: Sicq; dierum & no-  
ctium Quantitatis:

Secundariò in Investigatione  
stellarum fixarum

- 1 Altitudinum .i. positus ad Horizontē
- 2 Distantiarum .i. positus inter sese.
- 3 Declinationum .i. positus ad Aequat.
- 4 Ortus & occasus } Poëtici  
Astronomici.
- 5 Latitudinum. .i. positus ad Zodiacū.
- 6 Longitudinum. .i. positus ad primam  
stellam arietis.

Pro instrumento praxis hæc Divinam illam Trigonometriæ seu  
Triangulorum solutionem requirit.

EPIMETRA

I.

An circuli in Cælo possint dici Reales? Distinguitur.

II.

An Sphæra recta incolis, perfectè appareant coluri? N.

III.

An Galaxia possit numerari inter hypotheses in doctrinâ Sphæ-  
ricâ adsumptas ut factum est à Proclo? N.

IV.

An in Sphæra rectâ uterq; polorum conspiciatur? N.

V.

An unitas sit numerus; & punctum pars lineæ? Distinguitur.

E I N I S.

CHRISTIANUS TAMMELHUC SUAVISSIMA

FRANCIS DORRINAE STEPHANAE  
RHEINI CONSTITUTIONE

<p>... in ...</p> <p>...</p> <p>...</p>	<p>...</p> <p>...</p> <p>...</p>
---	----------------------------------

...

...

...

...

...

...

FINIS



1077


ULB Halle 3  
003 252 035



Sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

TA ASTRO-  
 CA  
 E  
 SPHÆRICARUM  
 E  
 LORUM  
 Speciali,  
 CHRISTO  
*Heidelbergensi Academia*  
 DERO MED. ET  
 PHYSICES PROFES-  
 ECANO SPE-  
 ILI  
 EO SCHRÖTERO  
 NHALDINO  
 I DE  
 RUS GERNANDUS  
 ERGENSIS  
*ut & pro virili defendet.*  
 EM. MARTII.  
 m horis antemeridianis  
 tis.  
 IS HUMANÆ  
 C. I.  
 BERGAE  
 Lancellotum.

